

Band IV., Nr. 1079, Seite 140-141

Graf Hartmann von Grüningen der ältere vereinigt sich, nachdem er Altshausen mit dem dortigen Kirchenpatronate an den Kämmerer Heinrich von Biegenburg käuflich abgetreten, hinsichtlich des Rechtes auf gewisse Eigenhörige in Altshausen und Veringen zu einem Tausche mit dem Käufer.

Altshausen, 1246. September 30.

Omnibus presencium inspectoribus Hartmannus comes de Grüningen senior rei geste noticiam cum salute. De gestis hominum grandis et dura emergeret calumpnia, si non oblivio per eternam scripti memoriam auferretur. Noverint igitur tam presentes quam futuri, quod, cum nos Hainrico camerario de Bingenburc villam in Alshusen cum iure patronatus ecclesie omnibusque suis pertinentiis dedissemus iusto empcionis titulo ad emendum, et homines ipsi ville simul et ecclesie pertinentes nos Veringen inibi habitando et e contrario homines de Veringen nobis racione proprietatis et non racione eiusdem ecclesie pertinentes Alshusen frequenter accederent inibi habitando, deliberato consilio, voluntate et expreso consensu rectoris dicte ecclesie in Alshusen accedente, cum dicto camerario per conmutacionem taliter convenimus, ut quicumque de genoloya Vlrici dicti Holzwarten, qui racione proprietatis tantum et non racione ecclesie nobis pertinebant, sicut prehabutum est, se de Veringen in Alshusen et e contrario de Alshusen in Veringen trans alveum Danubii habitando transtulerint, quod iidem ex ista parte nobis et illi ex altera parte dicto camerario licite de cetero ac debite pertinerent, renunciantes nos et prefatus camerarius simul cum ipso rectore dicte ecclesie in Alshusen ad invicem omnibus accionibus, repeticionibus et excepcionibus quibuslibet in genere ac in specie voluntarie, que conmutacionem ipsam revocare possent aut aliquo modo inpedire. Testes autem huius rei sunt: Wernherus dictus Sattel, Fr. dapifer de Tannenvels¹, Wer(nherus) de Althain, Ber. de Tentingen, H. de Mängen et alii quam plures. Pro cuius facti testimonio presens scriptum sigillo nostro communitum tam camerario quam rectori ecclesie in Alshusen ad evidens huius conmutacionis indicium conferimus et cautelam.

Actum in Alshusen, anno domini M^o. CC^o. XLVI^o. ultimo Septembris, indiccione quarta.

¹Tannenfels, Baiersbronn, FDS, oder Tannenfels, Nottwil, Kt. Luzern ?; nach ERNST HERMANN JOSEPH MÜNCH (HRSG.): Geschichte des Hauses und Landes Fürstentberg: aus Urkunden und besten Quellen, 4 Bde., Aachen und Leipzig 1829-47 Bd. 5, S. 498, lag diese Burg Tannenfels bei dem etwas südöstlich von Wangen gelegenen Heimenkirch.

Der Textabdruck folgt dem Original.

An Hanfschnur hängt das herzförmige Wachssiegel des Ausstellers. Es zeigt drei übereinander liegende Hirschhörner, das erste und zweite mit vier, das dritte mit drei Zinken. Von der Umschrift ist noch erhalten: + *Sigillum* H ANI C IS DE GRVEN . . . N (H und E gerundet.)

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 343 U 1

Editionen:

Württembergische Jahrbücher (1827), S. 165.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Altshausen

Aussteller:

Hartmann; Graf von Grüningen

Ortsindex:

Altheim Wohnplatz (17044)

Altheim, BC

Altshausen Wohnplatz (18642)

Altshausen, RV

Blitzenreute : Fronreute RV

Blitzenreute Wohnplatz (20992)

Dentingen Wohnplatz (17718)

Dentingen, Uttenweiler, BC

Donau

Grüningen Wohnplatz (17484)

Grüningen, Riedlingen, BC

Mengen Wohnplatz (21164)

Mengen, SIG

IV

Tannenfels Wohnplatz (7369)

Tannenfels, Baiersbronn, FDS

Tannenfels, Heimenkirch, LI, W

Tannenfels, Nottwil, Kt. Luzern, Schweiz

Veringenstadt SIG

Veringenstadt Gemeinde (21373)

Veringenstadt Wohnplatz (21378)

Veringenstadt, SIG